



Salvete incolumes ad pulpita nostra Scholarchæ,
Quæis dedit ipse suas JOVA Scholarcha vices.

Johannes Henricus Förster / Gorl. Lus.

Nobilis ò habeat sua florida fata SENATUS,
Dum cupit in vegeto crescere flore Scholam.

Christian. V. Wilhelmus Barthel / Penig. Misn.

ET natos videant re, nomine, munere claros,
Per quos natorum docta caterva viget.

Christianus Richter / Schlieben-Sax.

Affluat & reditus tribuat fortuna benignos;
Dum Patribus doctæ conciliantur opes.

Christianus Claudius, Lubenavia-Lus.

Irradiet Phœbus faustoq; nitore coruscet:
Sic Musas calido lumine Zitta fovet.

Christianus Junge / Zitt. Lus.

Fructibus haud careant horti, nec messibus agri,
Vestra ut cura jubet fructificare Scholam.

Joh. Carolus Glaußwitz / Zitta. Lus.

Curia terrificis nunquam turbetur ab armis
Hac Duce nam Studium, quo requiescat, habet.

Martinus Grünwald / Zittâ-Lus.

PAx foveat Zittam: quæ Pacis gestat olivam,
Curam pacificæ dum pietatis agit.

Elias Bölcker / Wolgast-Pom.

PAx faveat Zittæ: pacis sunt tessera Libri,
Nec non pacificos pagina docta facit.

Joh. Paulus Günther / Laubâ-Lus.

PAx teneat Zittam: dant docta silentia pacem,
Ac veniunt tacito commoda clara gregi.

David Weißler / Sommerfeld. Sil.

(?)

Et

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.